

SCRIPTA

Numéro Scripta : 105

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 32 / ARTEM 2713

Auteur(s) : Hugues Brostasalz [particulier]

Bénéficiaire(s) : Mantes-la-Jolie, Saint-Georges (prieuré)

Bénéficiaire(s) : Jean, Fécamp, La Trinité (abbé)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : [1035-1078]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Pancarte des donations faites à Saint-Georges et Saint-Nicolas de Mantes.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 2143 (1).

Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche VI.

Dissertation critique

La datation proposée par l'ARTEM est 1034-1078. La première charte de la pancarte mentionne Gautier III de Vexin (1035-1063) et un Drogo episcopus (peut-être Dreux, évêque de Beauvais (v. 1035-v. 1089) ; la seconde charte de la pancarte mentionne Jean, abbé de Fécamp (1028-1078).

Les mots mis entre « » sont écrits au-dessus des noms de témoin en petites lettres.

Texte établi d'après a

In Dei nomine, ego Hugo « Brostasalz », presentibus et futuris patefacio me dedisse et in æternum annuere, ex voluntate et precepto domini mei Walteri comitis, ecclesie Sancti Georgii et Sancti Nicholai extra muros suburbii Medantensis constitute consuetudines cunctas quæ antecessoribus meis et mihi jure accidebant de illo aripenno in quo constitute sunt mansiones monachorum Deo in supradicta ecclesia servientium. Annuimus autem hoc donum predictis sanctis, quorum illic memoria colitur, ut nobis a Deo salutis et misericordiæ munera, eorum intercessionibus, concedantur. Qui autem post nos hoc donum destruere presumpserit, cum Pharaone mereatur permanere. Hujus rei testes : Anfrdus « Ganbar » ; Hugo, « filius Noberti » ; Morinus « de Gonselilla » ; Hubertus ; Warinboldus, « prepositus » ; Adam ; Warnerus « Bolonz » ; Walterus ; Rotselinus ; Lambertus, « pane dispensator » ; Drogo, episcopus.

Notum sit omnibus tam presentibus quam et futuris quod ego Hugo, cognomento Brostesz, Dei gratia inspirante, concedo Sancte Trinitati atque abbati Johanni ecclesie Fiscannensis necnon monachis Sancto Georgio servientibus omnia queque ad me pertinere videntur de uno vinee arpenno hubi « scilicet » ospites morantur, scilicet pro salute mea atque uxoris mee, filiorum filiarumque meorum. Qua de causa dedit mihi predictus abbas Johannes, Rogerio monacho interveniente, societatem suam et omnium monachorum sub eo degentium. Et ut ista conventio nostra firmiter semper permaneret, dedit mihi frater Rogerius, jussu abbatis Johannis, .XXX. solidos Parisiacensis monete. Hujus cause testes sunt idonei, videlicet Albericus, « canonicus » ; Emmelinus, « clericus » ; Werno, « sacerdos » ; Bernardus, « filius Arnulfi » ; Normannus « de Sancto Georgio » ; Rainardus « Rufus » ; Ansfredus « Ganbar » ; Hubertus, et alii quam plures.

Ego Hugo Brostesz, qui cundam concessi omnia que videntur in istis duobus prescriptis preceptis, iterum concedo omnes consuetudines que videntur mihi accidere de terra quam Bernardus, « filius Arnulfi », dedit monachis Sancti Georgii, et dono Sancte Trinitati et monachis Sancti Georgii servitio constitutis, et omnia que solitus sum habere de uno aripenno vinee [blanc] pro anima conjugis mee Begile et pro salute mea et antecessorum meorum. Et cuncta que sunt scripta in istis preceptis sunt de dotilio ipsius nomine Begile defuncte, cujus corpus requiescit in suo dotilio. † Hugo Brostesz et filius suus Willelmus. Guafridus † et Symon † et filia sua † Marsilia † et Beatrice † et Begilia. Achardus, qui donum refert supra ara Sancti Georgii ; et Albericus, « canonicus » ; Warinbaldus, « prepositus » ; Warnerius « Bulzonz » ; Walterus « de Lomaico » ; Hubertus et pater ejus Azo ; Gerardus, « mancipus Rogerii monachi » ; Odo « Rufus », et Walterus « filius Gamelinus », et Girelmus « filius Arnulfus, prepositus », et Drogo « sacerdos » [filius Arnul]fi discipuli Suefredi monachi [Sancte] Trinitatis.